

sunt eorum opera; Zacharie vero pape, Lu'li nec non aliorum, infra, in præenti vel sequentibus tomis. Hæc tamen, sub *appendicis* titulo, quasdam vi-pinti epistolæ, quarum proprii auctores aut anni ignoti sunt, servavimus, quia nullibi melius habenda fuissent. Omnino ergo novus est nos ter S. Bonifacii Epistolarum ordo; sed ad lectori præbendam aliarum editionum intelligentiam valebunt subsequentes præ-tationes et tabule.

II. Sermones, qui secunda parte continentur, re-censimus post jam a nobis lundatum doctorom Giles, quicis subiunxit hanc notam: « De sermonibus sive homiliis, que sub Bonifacii nomine vulgatae sunt, nihil est eorum multa dicamus. Eas edidit primum Martenius in amplissimæ collectionis Scriptorum veterum tom. V., p. 185. Quæ de iis editor dicenda ha-

Bbit, in admonitione prævia, quam in nostra editione (*Infra ante Sermones ipsos*) repetivimus, lector videre potest. In cod. Paris. (Supp. 205) quem cum ed. Mart. ad verbum contuli quatuordecim tantum homiliæ extant. Is codex satis antiquus est; sed breuer in animo meo suspicio quedam ne isti sermones stylo verborum et ad legendum et ad intelligendum faciliori actatem sequiorem redoleant. Exstat etiam unus aut alter ex his sermonibus in Codice Parisiensi 530, sed cum aliis intersertis, quos omnes inspexi, sed numeris distinguere superfluum duxi. »

III. De Miscellaneis tandem opusculis quæ in tertia parte habentur, nihil nobis videtur dispendium, nisi quod ea primum ab Anglico collecta sunt editore, quem sequimus.

## SERRARII PRÆFATIO

### AD SUAM EPISTOLARUM S. BONIFACII RECENSIONEM.

#### I. De horum Epistolarum utilitate.

Ad multa valent veterum, maximeque sanctorum, et nostrorum in Christo præsentum, epistole, ad qua-tor tamen potissimum.

1<sup>a</sup> Ad fidem. Multa enim, que ab hodiernis nova-toribus in jurgium et calumniam vocantur, in illis egregie et velut certa, sancta et salutaria indicuntur, verbi gratia, sacrosanctum missæ sacrificium, oratio pro fideibus defunctis, sanctorum invocatio. Reli-quiarum veneratio, Romani pontificis auctoritas, et similia.

2<sup>a</sup> Ad mores. In illis enim cerebra vitiorum repre-sensio, virtutum laudatio, sempernotorum aut præ-miorum aut supplici-rum explicatio, et quæ generis ejusdem alia.

3<sup>a</sup> Ad eorum a quibus, ad quos, et de quibus, e isto sunt, memoriam. Sola, inquit sanctus Hieronymus, epist. 42, 1es. quæ homines absentes pre-sentis facit, epistola est. Ad Quintum fratrem Cicero: *Cum tua lego, te audire videor.*

4<sup>a</sup> Ad historiam. Cum imperator Aureliani gestas res scribere deberet Syracusanus Vopiscus, elaboravit in eo maxime, ut ex Ephemeridibus, libris linteis, ac Sibyllinis, e variis denique bibliothecis, epistolæ conquireret. Nam interest, inquit, epistolas nostre Aurelianæ scriptas. Et postea: *Exstat epistola quam ego, ut solo, fiduci causa, imo ut alios Annalium scriptores fecis et video, inveniam putari.* Rorsumque: *Est epistola Aurelianæ de libris Sibyllinis. Nam ipsam quoque iudidi ad fidem rerum; eamque ob causam tam cerebro tam di genter ex omnibus omnium bibliothecarum angelis epistolicas isti modo se-cheras eruit, qui nostro isto saeculo est.* *Bonana Cras primus in historia.* Et Bonifacianas istas magno se-studo perquisisse testatur Othilonus in sancti Bonifacii Vitæ prof. go, et lib. II, c. 47; qui, quodam ve-luti morore, aut sollicitudine, allatus, subiicit: *Si quem moreat quod plurimar epistolæ, quarum mentio fit in supra scriptis epistolis, hic paritur ser. p'r non habentur, sciat illud hac de causa accidisse, quod raraquam eis inventare poterit.* Quibus verbis iudicium uidetur, se, si tot quot jam edentur sancti Bonifacii epistolæ nactus fuisset, ingenti exsultaturum fuisse iudicio, et cum evangelica illa muniere, *Loc. xv, 49;* convocaturum amicos et vi ines, hisque dicturum: *Congratulamini mihi, quia inveni diechuanum quam p-riteram.*

#### II. De eorumdem manucriptis exemplaribus.

Hærum sancti Bonifacii epistolam manucripta exemplaria vidi duo reverendiss. et illustr. Baronius, eorumque alterum in Gregorianæ canonici juris correctione citatur. Sed cum ex Italia in Germaniam illa, ut credetur, ab aliis invitata rogataque intellicerem, neque ut vere tamen excorari potuisse, omnem ego quidem illa unquam videendi spem abieci, simusque statim cogitavi, si, quod olim monsigno Plato dicitur, in Germania nostra fundo, ad cretam usque, foderemus, aliqua forte inventi exemplaria posse. Ac Deo bene fortuante, sanctoque Bonifaciu-sis adjuvante precibus, unum in celebri ac loco-plete Ingolstadiensis Ac demie bibliotheca inventum societate nostra R. P. Jacobus Gretserus; alterum vero in amplissima nobilissimaque Cesareæ M-je statatis Venensi bibliotheca reverendissimus, suisque pro Ecclesiæ catholica scriptis, disputationibus ac laboribus, longe clarissimus D. doctor Pistorius. Fuit et olim exemplar tertium in egregio Fuldensis monasterii librorum penu, sed hoc ab involante harpyia immundi sima, Illyrico, in quam, sublatum posteaque varie lacatum et consicsum, ita ut qui ejus in Helmstadensi bibliotheca vidi reliquias Lutheranus predicans, dixerit, vel inde satis apparet quem in veteribus tractandis, Ingolstadiis et monachis, teneat e morem sol ta sit dira illi Celeno. E dubius igitur prioribus Germanicis exemplaribus, quæ, quos laudavi, humanissime miserunt doctissimi viri, hoc nomine, primo quidem manu, prælo deinde librario exscriptum est.

#### III. De principio hujus operis exemplari.

Secutus vero eum maxime Cesareum ms. exemplar, 1<sup>a</sup> quia vetustiore multo id manu scriptum, prout et characterum et pergamentum monstrarunt chartarum antiquitas; nam Ingolstadiense anno 1497, in Spheciensi em oblio, iussu Trihemini abbatis, descripsit Novitus monachus, prout in Codicis ex-temo, Graece, Latineque testator. 2<sup>a</sup> Quia idem Cesareum exemplar multo plus continet epistolæ, in eo enim sunt cxvi, in Ingolstadiensi tantum L-xviii. 3<sup>a</sup> Quia eadem illæ cxvi raraquam in lucem hactenus præter eorum nouauit, quas se legit et in IX Anna-lum suorum tomum fecerit reverendis inuis et illu-strissimis, de quo supra, Baronius, postque ipsum et ex ipso, fere tamen Germanice, J. ille Letz: e:ue;

de quo ante Vitam sancti Bonifacii notatione, lib. iii, Mogunt., p. 321. At ex Ingolstadiensibus LXXVIII primae underriginta lucem fere omnes jampridem et in Pontilem Eristolis et in Othonianam sancti Bonifacii Vita, quam et Moguntiacorum libro tertio posui, aspexerunt. Accedebat quod Ingolstadiensem posteriorum plerique vel a Cesareo, vel ex alio, quod cum isto congueret, exemplari videbantur exscripta, adeo ut post Ingolstadiensem 71 scriberetur: *Epistola hæc descripta, superius posita, ideo omissa, quia, ut appareat, in eo unde siebat exscriptio, Codice, alio ante loco posita jam fuerat quemadmodum in Cesareo ius. ex epistola est 20.*

#### IV. De Cesarei exemplaris expressione.

In antiquorum excriptione Codicium operis videtur premium nihil mutare. Atque hoc mihi omnino deliberatum ac statutum fuit. Penitus tamen in omnibus assequi non licuit. Nam et operarum intervenerem menda interdum nonnulla, que suo indicabuntur loco, maxime in epistola prima, et paucis quibusdam aliis. Deinde in veteri verborum quorundam orthographia nolui esse morosior, partim quia plerisque molestia illa hodie ac ridicula, partim quia in quibusdam non tam orthographia, quam libraria eacographia et imperitia certo conspicua. Ne quid tamen detrimenti patiantur an iquitatis amantiores, denotabo paulo infra quæ prioris videntur generis. Tertio, iterabatur identem hoc: *Epistola sancti Bonifacii.* Item epistola sancti Bonifacii. At eam toties crambem reponere, cur rei? scilicet hoc et titulo et salutatione, que singulas poene inchoat epistolæ, perspicuum. In rebus, verbisque aliis a proposito exemplari ne sciens prudensque unum, ut animi, unquam deflecterem, eavi, sebra licet hinc, et poene expaustræ occurserent nonnulla, que alius attulit forsitan aut corriget aut explicabit felicius. Varias tamen variorum exemplarium lectiones, et nonnullas interdum conjectio[n]es in margine, cum litterarum quorundam de quibus paulo post, præfixione notari.

#### V. De Cesarei ejusdem Codicis ignotis aliquot characteribus, meisque quibusdam siglis.

In Cesareo exemplari occurrerunt interdum ignoti quidam characteres, quos veteres aut Anglicos aut Saxonicos rebâr. Sed magnam illa partem dissimiles sunt, quos ante Asserium Anglium prænotat Editor. Et varia tamen collatione, ipsorum poeme integrum Conflavi alphabetum, quod si præsto typi fuissent, Rite lectoribus dedissem, sicut signa quibus vetustiore àlto saeculo signabantur epistole. Sed pro his, et similibus, si qua vel exprimi non potuerunt, vel deesse visa sunt, punctula quedam apposui sic: .... Aliae sunt: *sunt* signe (sic enim compendiaris dictionum notas vocat, ut ad epist. 99 dicetur, Justinianus) ista sunt:

- C. Cesareum exemplar.
- I. Ingolstadiense.
- G. I. Utrumque.
- B. Baiolianum.
- L. Letznerianum.
- S. Surius in Vita sancti Bonifacii.
- V. Vulgatus Bibliorum interpres Lat.
- F. Forte legi potest.

Ingolstadiensem vero Codicem, quia propter oblatum vectore commoditatem remisi antequam accipere Cesareum tenuisset, cito ex apographo, quod cum Cesareo collatum solum.

#### VI. De istarum epistolarum stylo.

Et tamen quibusdam non sunt, ait sanctus Hieronymus, epist. ad Marcellam, *suavee epulse, que non pluscentiam redolent, quas non condit Apicius; in quibus nihil de magistrorum hujus temporis jure sufficit.* Non omnis fert omnia tellus. Quis valde Latinum, aut politulum, nitidulumque semper stylum expertus, Ciceronem habent et Manutium, Moretum, Lipsium, aliasque nonnullos. In hisce sancti Bonifacii epistolis simplex oratio est et familiaris; illo saeculo non in-

A elegans, nostro tolerabilis, preterquam in particulis aut versibus aut epistolis, quibus aut discipuli aut discipule suos quoquomodo affari magistros gaudent. Candida obique pectorum morumque simplicitas eluet: virtus, Christianaque charitas et modestia renidet in omnibus. Sed in Cesareo volumine multo a librariis mendosius erant scriptæ posteriores quam priores.

#### VII. De veteri in his epistolis orthographia et scrinone.

Quod nota 4 notabam et ad promittebam, id vero jam represento. In Cesareo igitur Codice scribitur: Abunculus, arunculus.

adolari, adulari,

amminiculum, adminiculum,

auxilio, auxiliar.

Ahabacum, ut Grace Ἀμβροσίου, Habacuc,

bernacula, vernacula.

benevolen ia, benevolentia. Est et epist. 45 bennivola

voluntas; sed an non mendum?

B bovibus, epist. 1:0, bobus.

caraxo, zapato.

Carulus et Carlus, Carolus.

c acerbo, coacerbo.

communio, communio.

confoco, colloco.

compatesco, compatiar.

consolo, consolat.

coutidie, quotidie.

curbare, curvare.

Danielus, Daniel.

dirego, dirigo.

diphonge, diphongi.

epistula, epistola.

epistuncula, epistolium.

fantasma, phantasma.

fatesco, fatisco.

floriet, floribit.

forasticus, externus.

have, are.

honorosus, onerosus.

idolatria, idololatria.

C Ihesus, Jesus. Sed Ven. Beda, in principio libri de

Musica, p. 53, docet istud II, quod inter ei e posuitur, esse Graecum n, et a Latinis ob ipsius auctoritatem nominis interponi. Et fore id ob eam etiam factum causam, ut significatur illud e non esse breve, sed longum, et quod in hoc nomine suavissimo longeque mellitissimo haud raptum, sed sensim, et cum quadam veluti mora, pietatisque sensu reverenter pronuntiandum.

inasus, illasus.

influster, illuster.

inluminatus, illuminatus.

inormitas, innormitas, vel enormitas.

irrogare, irrogare.

interducere, inducere.

ipsud, ipsum.

jubar, jubar.

D noberant, neverunt.

obedientia, obedientia.

obtunsus, obtusus.

oloserica, holoserica.

psalmigraphus, psalmographus.

repperio, reperio.

reverentissimus, reverendissimus, ut amantissimus

apud Capitolinum, in Albino, Spartianum, in Geta.

subfragium, suffragium.

sobrios, magis sobrie.

veteresco, veterasco.

volvere, volvere.

vocifero, vociferor.

In quibus omnibus, cum alia, tum hoc vides, sarpe

positum o pro u et contra, itemque b pro u, ut in

Florentinis Pandectis, et alibi sapissime, ut Par-

ergon libro singulari docet Brissonius. De horum vero aliquibus aliquid iterum suis postea locis no-

tabitar, itemque de similibus aliis.